



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Noui operis nuntiatione Tit. XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

duplicem habere actum, duplicemque distinctam facultatem affirmat, alteram decernendi an is, qui admittitur ad Regnum Dei, dignus sit, & qua penitentem cogi, vt plenè peccata pandat, vt statum ipsius cognoscat, & hæc dicitur scientia, alteram verò qua is, qui dignus decernitur, admittitur, & absoluitur, vel si indignus est, repellitur, & hæc dicitur potestatis, & confirmatur, quia licet aliquando is, cui committitur cognoscere, indicare non possit, Extravag. quia quorundam, vers. ci autem, is tamen qui iudex constituitur, & cui indicare committitur, necessarid de qua re iudicabit, primum cognoscere debet, cap. 1. vers. oportet, de Penit. disp. 7. text. sic intelligendos in l. de qua re, ff. de iudic. Quare rectè pontifex in d. Extravag. vers. quare restat, concludit in iudice ecclesiastico utramque clauem esse necessariam, cognoscendi scilicet, & d. finendi, quasi altera sine altera subsistere non possit, nec enim quilibet quamvis doctus, si ordinatus non sit, clauem habet scientiæ, quia non habet facultatem illam decernendi, de qua supra, nec etiam Sacerdos indoctus ceteræ clauis scientiæ, quia quamvis habitus scientiarum non habeat, habet tamen facultatem decernendi an penitens dignus, vel indignus sit, quæ omnia colliguntur ex Sor. d. art. 1. concl. 2. Iacob. de Grass. in aureis decis. part. 1. lib. 1. c. 13. num. 9.

Immo compellit non seruare.] Notatur ad hoc, quòd quando quis compellitur Sacerdotes celebrare tempore interdicti generalis, præsumitur per contemptum impulsisse, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 44. num. 13.

Intrusus] Notatur ad hoc, quòd ille dicitur intrusus, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi, vt per Mascard. de probat. concl. 936. num. 20. Et notatur etiam ad hoc, quòd possidens beneficium alteri de facto, & iniuste ablatum, dicitur intrusus, vt per Rebus. in addit. ad reg. Cancell. reg. 29. vers. quarto. Cæsar. Angel. de contradictione legitimo quest. 15. num. 78.

Non solum à beneficiis ipsis, &c.] Notatur ad hoc, quòd violans interdictum exercendo actum proprium sui Ordinis inhabilis est non solum ad acquitendum beneficium, sed etiam ad acquisitum retinendum, vt per Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 3. tract. 32. tract. 1. n. 48. vers. que sunt.

Suspendat auctoritate Apostolica, &c.] Notatur ad hoc, quòd si quis crimen commiserit quod priuationem dignitatis inducit ipso iure, possunt subditi ab eius obedientia se subducere, & illius iura denegare, vt per Tiraquel. in l. si unquam, verbo reuertatur. num. 366.

In gloss. Irritæ, & inanes, ibi, conferre non potest Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non potest beneficia conferre, vt per Couar. in cap. alma mater, part. 1. §. 7. num. 9. Anton. Ricciol. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 3. num. 1. quod extendit, vt excommunicatus neque possit conferre per Vicarium non excommunicatum, Rebus. in cap. postulasti, num. 581. de cleri. excomm. minist. Martian. Alter. de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 5. cap. 1. vers. tandem postulasti, Antonius Ricciolus d. cap. 3. num. 3. vbi num. 14. tenet, quod excommunicatus nondum declaratus potest titè conferre, & post multos DD. quos ibi refert, citat etiam Rotæ decis. apud Farinac. tom. 2. consil. decis. 168. & iterum apud eundem Farinac. decis. 334. n. 3. & seqq. & decis. 602. part. 1. tom. 2. recen.

Notatur etiam ad hoc, quòd si religiosus nullo sit ordine initiatus, & violenter interdictum, quamvis in irregularitatem non labatur, quia non est id iure Collect. Barbos. Tom. III.

cautum, his tamen pœnis, quæ in huiusmodi statum cadere possunt, irretitur, videlicet, vt nec eligi, nec eligere possit, nec ea Diuina celebrare, quæ ex officio solet, quæ quidem pœnæ habent etiam locum in fœminis religiosis, vt per Paul. Comit. resp. moral. lib. 6. quest. 50. num. 4.



De Noui operis nuntiatione

Tit. XXXII.

SUPER hanc rubricam scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Aret. Ancharan. Panorm. Butr. Mar. Socin. Guillelmus Durand. in breuiario aureo iuris Canonici. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum. Ioh. 181. verso, Mar. Melhard. in epitome Decretal. fol. 193. verso, Petr. de Rauenn. in compendio iuris Canonici, Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij pag. 701. Goffied. & Holt. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decret. Bartol. Carthag. in expositione tituli iuris Canon. nouissimi Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia tit. vide Gomez l. 46. Tauri num. 24. cum seqq. Viuiam. & alios tom. 2. commun. op. lib. 8. tit. 6. Fachin. controuers. lib. 8. cap. 48. Cardol. in praxi iudicium, verbo nuntiatio noui operis. Molin. de iustit. tom. 3. tractat. 2. disp. 706. Bernard. Græux. ad pract. Camere Imper. lib. 1. conclus. 16. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 384. Rendin. in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 88.

SYMMARIVM.

- 1 Ecclesia adificata post nuntiationem noui operis destruenda est expensis constructiue.
- 2 Pontificio iuri standum est in foro Ciuili; quando casus est dubius.
- 3 Pontificium ius obseruatur apud Castellanos deficientibus legibus Regis, & consuetudinibus prouinciarum.
- 4 Pontificium ius obseruatur apud Lusitanos, vbi agitur de materia, quæ peccatum concernit.
- 5 Canone deficiente in causis Ecclesiasticis, & ordinationibus generalibus, non ad ius Regium, sed Cæsareum est deueniendum.
- 6 Constitutionibus synodalibus stantibus, an potius ad illas, quam ad ius commune sit recurrendum, remissum.

CAP. Intelleximus. I.

Luc. III.

Post denuntiationem noui operis si quid siue iure, siue iniuria constructum, debet secundum leges demoliri. Item si Ecclesia in præiudicium alterius constituitur, debet demoliri, prout præcipiunt leges, & Canones, quia leges non designantur imitari sacros Canones, & canones adiuuantur legibus Principum. Colligunt ex Ordin. Abbantig. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Viuiam. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 192. Alagona in compend. iuris Canon. p. 710. refertur ab Ant. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. sub tit. de Ecclesiis adificandis cap. 3.

R 3

Quis

2 Quia sicut leges, &c.] Quando in foro civili casus est dubius, iuri Pontificio standum est, ut per Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 30. num. 3. quest. 74. n. 54. & casu 185. num. 11. & 12. & conf. 93. num. 31. & 32. Unde apud Castellanos deficientibus legibus Regiis, & consuetudinibus provinciarum recurri ad ius Canonicum attestantur Perez in proemio Ordinarum. q. 3. Burg. de Pace l. 1. Tauri num. 62. cum seq. Soar. de Pace in pract. tom. 1. annot. 5. sub num. 36. Moila in emporio iuris part. 1. tit. 1. quest. 16. num. 36. Azeved. l. 5. num. 6. tit. 1. lib. 2. noua recop. plares, quos refert Cened. ad Decret. collect. 70. n. 4. Apud Lusitanos tamen ex Ordin. Regia lib. 3. tit. 64. in princ. ad ius Canon recurritur, ubi de materia agitur, quæ peccatum concernit.

3 Leges extra corpus iuris, siue sint communes, siue sint locales, quas DD. vocant inferiorum, non obtinent in foro Ecclesiæ nisi specialiter fuerint approbatae, unde deficiente Canone in causis Ecclesiasticis, & Ordinationibus generalibus, non ad ius Regium, sed ad Cæsareum est deueniendum, ut per Fr. Emman. d. art. 2. vers. secunda regula, Chald. Pereira de emptione cap. 1. à num. 9. ubi dicit ita decretum fuisse à Collegio Cardinalium in censura ad Synodum Provinciale Bracharensem l. V. art. 2. cap. 16. & 18. ubi fuerat sancitum, ut Regiæ sanctiones, quæ Civilis iuris in Lusitania Regno vim habent, cum illarum dispositio ad mores nostros sit accommodata, obseruarentur in Ecclesiastico iudicio, & si quid incideret, quod nec ex sacris Canonibus, nec ex synodali constitutionibus decidi posset, id ex Regiis sanctionibus, quoad fieri posset, æquissimè decerneretur, etiam si aliud ex iuris, communis dispositione statuendum videretur. Hoc decretum Cardinalium collegium omnino delendum censuit, Nam clerus, seu status Ecclesiasticus coram Romano Pontifice querimoniam proposuit ex multis causis quibus illud decretum, tanquam noxium, & perniciosum Ecclesiasticæ libertati abrogatum est. An autem stantibus constitutionibus Synodalibus potius ad illas, quam ad ius commune sit recurrendum; affirmatiue respondet Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria gloss. 9. §. 1. num. 18. Intellige de constitutionibus synodalibus, quæ contra ius commune non disponunt, quia tunc essent inuálidæ, Rot. coram Gregor. XV. decis. 339. num. 6. & in Toletana constitutionum synodali 9. Februarii 1624. coram Reu. D. meo Coccino Rotæ Decano, ubi etiam fuit dictum dari appellationem à Concilio synodali ad effectum tantum deuolutiuum non verò suspensum, si constitutio synodalis sit iuridica & vniuersalis. Nota constitutionem synodalem ligare omnes existentes infra terminos diocesis, Seraphin. decis. 812. num. 2. & ex temporis diuturnitate præsumitur à sede Apost. confirmata, idem Seraph. decis. 507. n. 3. Rot. in Placentina decimarum de Truxillo 15. Nouemb. 1621. coram bonæ mem. Buratto.

7 Adiuuantur.] Notatur ad hoc, quod Leges, & Canones adiuuantur inter se, ut per Rebuff. in tract. nominat quest. 5. num. 14. Unde differentias inter ius Canonicum, & civile non esse nouè introducendas, sed potius restringendas ad casus expressos, tenuit Surd. decis. 136. num. 3.

S V M M A R I U M.

- 1 Adificatum post denunciationem noni operis totum est demolendum.
- 2 Opus ipsum quod demolitur pati non debet index. quando ei euidenter constaret de iniustitia & malitia denunciationis.

- 3 Persona religiosa, & valde Catholica presumitur quod bono zelo litem moueat.
- 4 Peremptorie perunt illius iura tam actiua quam passiva.
- 5 Ecclesia destruita auctoritate Superioris iam non comprehenditur sub nomine Ecclesiæ.

C A P. CUM EX INIUNCTO. II.

Innocent. III.

Quicquam fuerit edificatum post denunciationem noui operis, totum est demolendum, etiam edificatum fuit absente domino, & præstat de iure sibi competere edificare, quia ei denegatur alia Item scandala fugienda sunt, omitendo illa, quæ sunt peccato mort. fieri possunt, faciendo, quæ sine peccato mort. omitti possunt, & non alia. Colliguntur Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Iohn. Audi. H. stienf. Buttr. Anchar. Panorm. Matian. Socio. Vian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 192. Alagoni in compendio iuris Canonici, pag. 710. refertur ad Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 5. sub tit. 15. c. vni.

Faciis penitus demoliri.] Quando autem constaret euidenter iudici de iniustitia, & malitia nunciatiois, non debet ipse pati, quod opus demolatur, quantum prohibitio præcelleret, arg. text. in l. æquum nouum 2. in princ. ff. de bonorum possess. secundum l. 1. tenetur Bonac. commun. crimin. part. 2. verbo nunciatio fol. 54. & verbum nouum fol. 55. Greg. 80. verbo fuisse reuel. d. tit. 22. part. 1. Surd. conf. 154. n. 20. Steph. Gratian. de sept. foren. l. 2. §. 36. cum seq.

Quod non fecissent, &c.] Notatur ad hoc, quod persona religiosa, & valde Catholica etiam si nulli litigandi causa appareat, presumitur, quod bono zelo litem mouerit, ut per Tiraq. de penis temper. causa 1. n. 109.

In gloss. Non tenet principale ibi, destruita enim, destruitur privilegia. Regulate est in iure, quod præempta re, perente illius iura tam actiua, quam passiva, late Albert. Brun. tract. de interu. & peremptorie conclus. 5. per totam. Ratio est, quia per huiusmodi destructionem fit mutatio status, & quædam relictæ capitis diminutio. Petrus de Perul. in tract. de mutatione status Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, præcipue si destructio fiat auctoritate iuridica superioris. Brun. d. concl. 5. n. 13. Gail. lib. 2. obseru. 61. num. 1. & 6. Secus verò si violentia, aut propterea priuati auctoritate gloss. & Franch. in cap. privilegium, de regul. iur. in l. Gail. d. obseru. 61. num. 6. & 7. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 3. num. 16. Hinc etiam si Ecclesia destruita sit auctoritate Superioris, iam non comprehenditur nomine Ecclesiæ, ita ut gaudeat immunitate Ecclesiastica aut petculam in ea habitum, aut sanguinis effusionem ibi factam polluta censeatur, de quo vide Fatim. in practi crimin. p. 1. q. 28. n. 70. Sanch. de matrim. lib. 9. dist. 15. n. 7. Curia Philippica p. 3. §. 12. m. 1. Camil. Bortel. in summa omnium decisionum, tit. de iis, qui ad Ecclesias conueniunt, num. 39.

S V M M A R I U M.

- 1 Nunciantis nouum opus in optione est vel intra tria menses de præiudicio suo ostendere interim cessandi de opere, vel recepta cautione de opere demoliendo, si non adificari permitti.
- 2 Adificatio inhiabit per nunciantem noui operi iura vel iniuria facta.
- 3 Dictio, incontinenti, quam vim & effectum habet ut missus.

4 No

4 Nuntiationis noui operis remedium duntaxat competit aduersus adificationem futuram, non iam factam.

CAP. Significantibus. III.

Honor. III.

1 Nuncians nouum opus potest vel ostendere de suo preiudicio, v.g. probando plateam ad se pertinere, & interim cessatur ab opere, vel recepta cautione de demolendo opere permittere statim adificari. Item quicquid post appellationem teneatur est irritum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Mar. Socin. Viuiam. in *rationali lib. 5. iuris Pontificij* pag. 192. Alagona in *compendio iuris Canonici* pag. 711.

2 Probat text. quod per nuntiationem noui operis iure vel iniuria factam inhibetur adificatio, vt per *Surd. conf. 121. n. 10. Bernard. Graue. ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 16. n. 2. vbi n. 5. cum eod. Surd. conf. 154. sub n. 23* hoc declarat quando nuncians esset dominus, vel saltem possideret.

3 Incontinenti. De vi, & effectibus huius dictionis vide Menoch. de *arbitr. casu 9. cum tribus seqq.* Cened. *frag. 6. mem. 7.* & alios plures quos refero ego ipse de *dict. & claus. dict. 133*, alias *dict. 155.* secundum Lugd. impress.

4 Adificium prohiberi. Ratio est, quia noui operis nuntiationis remedium duntaxat competit aduersus adificationem futuram, non iam factam, vt per Damphaud in *praxi civilis cap. 15. vers. nonique ita operis nuntiatione*, Marant. *conf. 56. numer. 3.* Cavalean. *Fiuz. decis. 23. num. 16. part. 2.* Bernard. Graue. d. *conclus. 16. num. 8.*

Quicquid post appellationem huiusmodi, &c. Ergo a sententia lata super demolitione adificij constructi, atque confecti post noui operis nuntiationem appellatio admittitur quoad utrumque effectum suspensionis & deuolutionis, cuius contrarium resoluit Lancel. de *assent. part. 3. cap. 28. num. 78.* dicens quod a sententia deuolutionis noui operis non appellatur, quia denegatur audientia per l. 1. §. si in ff. hoc tit. Quare idem Lancel. *vbi sup. num. 97.* & 98. ac late Salgado de *protecl. Regia tom. 1. part. 2. cap. 8. ex num. 45.* varios intellectus ad hunc text. præstant, sed melius huic ultimo loco citato, ait textum non procedere, nec loqui in sententia reuocationis adificij constructi post nuntiationem noui operis, & sic in demolitione operis, quod adificans prosequutus est attentans spreta, & contempta denunciatione, sed tantum in casu illius veluti quando causa noui operis simpliciter tractabatur cessantibus fabricis, & vacantibus a labore in adificio postquam sibi denunciatum fuerat a Canonicis nihil aduersus denunciationem conscientibus in super, & vide eundem Salgad. d. *part. 2. cap. 12. ex num. 7.*

5 In gloss. Incontinenti. ibi, quia idem est, si usque ad tres menses. Vide quæ ego ipse adduco d. *tract. de dict. & claus. dict. 133. num. 4. cum seqq.* alias *dict. 155.* secundum Lugd. impress.

S V M M A R I V M.

1 Compendium huius text. refertur.

2 Nuntiationis noui operis non tollitur idonea cautione, si nuntiator se offerret intra trimestre tempus de suo iure velle probationes perficere.

3 Minori datur restitutio in integrum aduersus emissum irum mensium circumscripro tempore interponendam cautionem de in casu succumbentis demolendo.

4 Cautione præstita de demolendo suis sumptibus si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit opus perfici.

5 Nuntiationis noui operis non competit pro seruitutibus rusticis.

6 Adificium suum unicuique licitum est usque ad celum extollere.

7 Adificatio ad emulationem vicini licita non est.

8 Cautio admittenda non est, quando nuntians vult incontinenti probare.

CAP. Is, cui. IV. & fin.

Greg. IX.

1 Is qui denunciat vult probare suum ius, si qui adificat, etiam si offerat cautionem de destruendo opere, tenetur expectare per tres menses, & interim cessare ab adificio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Viuiam. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 192. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 711. remissive Ximen. in concord. p. 1.*

Tenetur te per trium mensium spatium, &c. Notatur ad hoc, quod nuntiator noui operis non tollitur idonea cautione, si nuntiator se offerret intra trimestre tempus de suo iure velle probationes perficere, vt per Bernard. Graue. d. *pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 16. numer. 18.* & citat Fachin. *controuers. iuris lib. 8. cap. 48. vers. postrema igitur.* Declaratur hæc principalis conclusio tunc deum procedere, quando nuntiatum esset ab initio antequam adificans expensas multas fecisset in camentis, & instrumentis ad adificandum, & non esset adificare volenti graue super sedere per tres menses, nunciansque allegaret se habere iura, quæ tamen allegationis tempore producere non posset, sed trium mensium tempus faciendæ probationi peteret. Quando verò è contra res non esset adificandi integra, sed periculum in mora, & ex aspectu, aliavè ex causa iudex animaduertetet nuntiationem esse calumniosam, cautio admittenda statim foret, non expectato trium mensium lapsu, ita Thesaur. *Pedem decis. 104. sub num. 4.* Vincent. Carot. *decis. casu 9. n. 23.* quos refero, & sequitur Bernard. Graue. d. *concl. 16. n. 19.*

Primo aduertendum duxi minori dari restitutionem in integrum aduersus emissam iusto trium mensium circumscripro tempore interponendam cautionem de in casu succumbentis demolendo, vt per Fachin. d. *lib. 8. cap. 49.* quem refert, & sequitur Bernard. Graue. d. *conclus. 16. num. 20.* Minori tamen, qui denuntiationi non obtemperauit, restitutionis auxilium denegandum esse, ac proinde opus nouum factum post nuntiationem demolendum, resoluit Chald. Pereira in l. si curatorem, verbo vel aduersarij, dolo, num. 67. vbi num. 69. tenet, quod poterit restitutio nem petere aduersus non peritam remissionem nuntiationis, quam præstans cautionem possit euitare, quæ restitutio sibi erit utilis, quia adificium non demolitur, nisi cum aduersarius iussit se nuntiasse monstraverit.

Secundò aduertere oportet, quod si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit præstita, cautione de demolendo, suis sumptibus opus perficere. *l. si. l. 1. ff. hoc tit. Viuiam. tom. 2. comm. opin. lib. 8. tit. 6. n. 6. p. 338.* Bern. Graue. d. *concl. 16. n. 16. cum seq.*


R 4

Tetti

5 Tertiò aduerte receptissimam in hac materia esse sententiam, quòd pro seruitutibus rusticis non competit nunciatio noui operis, vt per l. qui viam ff. hoc tit. notat Iaf. in l. 1. §. fin. ad finem ff. eod. Anton. Gomez l. 36. Tauri. num. 24. quod sine dubio procedit in seruitute discontinua, vt est seruitus aquæ ductus, & alæ similes, prout bene aduertit Alciat. in d. l. qui viam. n. 4. & lib. 3. parerg. c. 24.

6 Quarto aduertere licitum vnicuique esse ædificium suum vsque ad cælum extollere, nec ob id posse impediri noui operis nunciatione, vt probant tex. in l. altius, C. de seruic. & aqua. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 68. §. 24. Menoch. de arbit. casu 156. Brunor. à Sole in locis communibus verbo ædificare. Cardos. in praxi iudicum eod. verbo & verbo seruitus, n. 34. Aldou. consil. 10. num. 5 cum seq. Molin. de iustitia, tom. 3. tract. 2. disp. 709. à princip. Bernard. Græuæ. ad præf. Camera Imper. lib. 2. concl. 69. n. 1. Cabed. Lusitan. decif. 152. n. 1. part. 1. vbi n. 2. resoluit hoc non procedere quoties quis prope monasterium ædificat, quod sibi non profit, Ecclesiæ verò, aut Monasterio noceat, de quo etiam Pradil. in d. l. altius n. 19. & Gal. lib. 2. c. seru. 69. num. 13. immo quilibet vicinus potest impedire ne alius de nouo ædificet portas, vel fenestras, directas aduersus suas iannas, vel fenestras, vt refert decifum Melch. Phæbos Lusitan. decif. 73. num. 6. Ad æmulationem namque vicini ædificatio permiffa non est, vt per Menoch. d. casu 156. num. 3. & de præsump. lib. 6. præsumpt. 29 num. 28. Thel. Pedemont. decif. 16. sub num. 10. Viuian. Neapol. decif. 306 num. 6. & decif. 493. Mascard. de probat. concl. 610. n. 15. Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando ædificans nullam vtilitatem ex eo ædificio perciperet, ex Melch. Phæbos d. decif. 73. num. 10.

8 In gloss. Non obstant. ibi, sed contrarium, &c. Notatur ad hoc, quòd non est admittenda cautio, quando nuncians vult incontinenti probare, vt per Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 384. num. 4. vbi ait prouisionem esse vtilem etiam illi, cui denunciatur, quasi postea probato preiudicio denunciantis perderet expensas factas in construendo, & faciendas in demoliendo.



De Priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum.

TIT. XXXIII.

SVMMARIVM.

- Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
Priuilegiarum materiam qui tractant citantur.
Priuilegium diuersimodè accipitur.
1 Priuilegia dicuntur quasi priuilegia.
2 Priuilegium definitur quod sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum.
3 Priuilegia quomodo dicantur habere rationem legis, ostenditur.
4 Priuilegium diuiditur in diuinum, & humanum.
5 Priuilegia quedam sunt clausa in corpore iuris, quedam non ita.
6 Priuilegia, vel. sunt realia, vel personalia.
7 Priuilegia personalia & realia in aliquibus conueniunt, in aliis differunt.
8 Priuilegia alia sunt affirmatiua, alia negatiua.
9 Priuilegium aliud bonum publicum respicit, aliud priuatum.

- 13 Priuilegia qua ratione in publica, & priuata diuisantur cum omnia priuata leges dicantur, ostenditur.
14 Priuilegium aliud est pro foro interno, quod Conscientia dicitur, aliud pro externo.
15 Excessus frequentissimè usurpatur proterrate, seu culpa, aut delicto.
16 Excedo in omni rigore pro transgredi, & excessus pro transgressione reperitur.
17 Priuilegiatorum nomen an sit grammaticale.



V E R hanc rubr. scripserunt Zabattell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panormus. Marian. Socin. Henric. Boich. Ioan. de Loandis in breuiario sanctionum. Caneu. fol. 181. verso, Petr. de Rauen. in compendio iuris Canon. Mart. Mesnart. in epitom. Decret. fol. 193. verso. Dan. Venator. in analysi methodica pag. 704. Goffi. & Host. in summa huius tit. Alex. Collan. & Andr. Germon. in paratit. ad quinque libros Decret. Barth. Cathagena in exposit. titul. iuris Canonici, 272. in analytica postremis iuris ecclesiastici enarrat. pag. 417. Cancell. in summa iuris Canon. nouissime Ioan. Honorat. lib. 5. iurum. in Decretal. omnes sub hoc tit.

De materia priuilegiarum in communibus tractantur. Rebuff. in praxi tit. differentia inter priuilegium, & respectum. Sebast. Medic. tom. 1. de legibus & statutis, part. 4. quest. 33. & de diffinit. quest. 17. Card. Tulch. tom. 6. conclus. 727. cum seq. Fr. Etmann. quest. Regul. tom. 1. quest. 1. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. Ioan. de Salas in tract. disp. 7. Soar. eod. tract. lib. 8. Garc. Girona de priuilegiarum, & exemptionum explanatione. Rendina in priuilegiario recept. sent. tom. 1. tit. 92. Hyet. Rodet. in compen. q. Reg. resol. 116.

De

- Priuilegiis adinstat, Horat. Mandol.
Priuilegiis confederatorum, Petr. Rebuff.
Priuilegiis creditorum, Petr. Vanderanus tom. 2. fol. 119. tractatum Doctorum. Amator. Rodeticus.
Priuilegiis Doctorem, Petrus Genaudetus.
Priuilegiis dotalibus, Baptista de S. Blasio tom. 9. tractatum Doctorem, fol. 430.
Priuilegiis Ecclesiasticis pro defensione cœliatorum contra Venetos latatum, Ioan. Philippus Maynardus.
Priuilegiis Fisci, Franciscus Lucanus tom. 1. tract. Doct. fol. 6. Anton. Peregrinus de iure, & priuilegia Fisci.
Priuilegiis Iuriconsultorum, Iacobus Benius.
Priuilegiis Iuramenti, Antonius Coscius tom. 4. tractatum Doctorem, fol. 359. Seraphinus de Seraphinis.
Priuilegiis militatibus, Claudius Cottoreus tom. 16. tract. Doctorem, fol. 428. Marcus Mantua tom. 16. fol. 457.
Priuilegiis militum, & militia, Georgius Accensius, Petr. Rebuff.
Priuilegiis pacis, Anton. Corsetus tom. 12. tract. Doctorem, fol. 224.
Priuilegiis parentum, & liberorum Georgius Hecius.
Priuilegiis senectutis, Fabius Monteconis.
Priuilegiis pauperum, Cornelius Beninc. tom. 18. tract. Doctorem, fol. 242.
Priuilegiis pestis, Hieronymus Preuidellus tom. 35. tract. Doct. fol. 171. Ioan. Franc. Ripa.
Priuilegiis Regni Franciæ, Ioan. Feraldis tom. 16. fol. 174.
Priuilegiis rusticorum, Rhenatus Chopin. tom. 18. fol. 90.

Priuilegiis